



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXIV. An, & quæ Libertas Christiana probet operum neceſitatem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

II. DISCRIMEN. Vetus lex à Moy-  
se data, solā doctrinam: Noua à Chri-  
sto, confert etiam gratiæ auxilium.  
Ideo 2. Cor. 3. Litera occidit; spiritus  
vivificat. Ioan. 1. Lex per Moysen data est;  
gratia & veritas per IESVM Christum fa-  
ctae sunt. Plures ex his vtriusq; differen-  
tiæ diminant; quæ omnes stabilunt  
bonorum operum necessitatem: quo  
rum tamen iugum suave est, & onus  
leve.

## QUÆSTIO LXXIV.

An & que LIBERTAS Christiana  
naprobet operum necessi-  
tatem?

LUTHERVS in Galatæam. 2. Necessaria, inquit,  
sola fides est, ut iustissima: casera omnia liberrima,  
neque precepta ampliæ, neque prohibita. Ibid. Si con-  
scientia difficiat, Peccati responde; peccavi; ergo Deus  
paniat, & damnabit: Non. At lex hoc dicit. Sed nihil  
mibicum lego. Quare? Quia habeo libertatem. Ibid.  
Summa ars & sapientia Christiana est, Nescire legem,  
et vivere opera & totam iustitiam actiuam.

CALVINVS Infl. 3. c. 19. §. 2. 4. 7. Libertatem  
ponit in tribus.

1. Vbi fiducia iustificationis, ibi nulla legis  
aut operum habenda ratio.

2. Opera bona sicut, ut certò acceptanda  
a Deo; non ut examinanda.

3. Omnim rerum seruanda Indifferen-  
tia, sive usurpes, sive omittas.

LUTHERO-CALVINISTARVM igitur est,  
Nulli seruire legi in conscientia, & coram  
Deo: Christum habere pro Redemptore,  
non pro Legislatore: Moysen cum suo De-  
calogon il ad eos pertinere.

AVTOR. Christiani & iustificati  
sunt obligati ad præcepta Dei, cui ser-  
uire, regnare est; & Lutherico-calvinisti-  
ca libertas profana est, peccatiique  
& diaboli voluntaria seruitus.

1. Quia Christus est verus Legis-

lator, Is. 2. Levit. 33. iuxta expositionem  
Petri, Act. 3. & S. Stephani, Act. 7. &  
Pauli, Heb. 2. 5.

2. Quia Euangelium esse legem  
docent Scripturæ. Isa. 2. Michæx 4.  
De Syon exhibet lex, & Verbum Domini de  
Ierusalem.

3. Quia Christus præcepit de ba-  
ptismo, Ioan. 3. De Eucharistia, Ioan. 6.  
Prohibuit repudia; dimissosque ma-  
nere iussit innuptos, aut reconciliari:  
De quo 1. Cor. 7. Præcipio, non ego, sed  
Dominus. &c.

4. Quia Dominus legem Moysis  
approbavit, quoad Moralia: Matt. 5. 6.  
7. 19. Mar. 10. Luc. 18. adprobans De-  
calogum. Item Mat. 22. Confirmat  
præceptum dilectionis; vt à quo pen-  
deant lex & prophetæ. Ioan. 15. Hoc  
est præceptum meum, vt dilig. &c. Ioan. 13.  
Mandatum nouum do. &c. Sic & Aposto-  
li, Rom. 13. Nemini quicquam debeatis,  
nisi ut diligatis inuicem. &c. Ephel. 6.  
Jacob. 2.

5. Quia Lex Moysis moralis non est  
per Euangelium abrogata. Mat. 5. No-  
lute putare, quoniam veni soluere legē. &c.  
moralium Ro. 3. Quid ergo legem destrui-  
mus per fidem? Absit: sed legem statuimus.  
Rom. 7. Consentiolegi, quia bona est. &c.  
Mente seruio legi Dei.

6. Vox Debeo, Debet, est in Scriptu-  
ris imperans. Luc. 17. Quod debuimus,  
fecimus. Rom. 8. Debitores sumus. &c.

7. Christus est Iudex mundi, redi-  
diturus cuique secundum opera eius.  
Mat. 24. Act. 10. 17. Rom. 2. 14. &c. Et  
Christiani, ait Aug. l. de fide & operi-  
ribus, damnabunt, non quibus fides,  
sed opera defuerunt. 8. Sic & S. Patrū  
habet Consensus, & æratum.



9. RATIO euincit. Quia prævaricantis si peccat; ergo tenetur ad obligationem legis: si non peccat; ergo falsum dicunt Sectarij, omnia iusti opera ex te esse mortalia peccata: Item si non peccat; ergo vera est hæresis Libertinorum: quod nihil sit peccatum.

INSTANT: Lutherus lib. de Votis mon. Prævaricatores legis peccant; sed eis non imputatur. Vnde nulla sunt tam mala, quæ possint fideles accusare aut damnare, nulla tam bona, quæ eum queant defendere & iustificare. Sic & in Gal. 2. Iustus peccat. Sed dicit, nil sibi cum lege; quia non potest eum damnare. Sic & Calvini Inst. 3. c. 19. §. 4. 7. Suader opera faciamus, ut acceptanda à Deo, qualiacunq; sint; non vt examinanda.

DICO. Si peccant; ergo te legi obnoxios fatentur. Item, Peccatum si habitare cum fide non possit, ergo nō solum est peccatum, sed & imputatur: nam excutit fidem: Si possit habitare eum fide; vt Lutherus fatetur in Capt. Bab. de bapt. &c. ergo non sunt necessaria opera bona, etiam vti fructus & signa fidei: Et non est, cur vlla vitia & flagitia fugitentur.

#### VERA igitur LIBERTAS CHRISTIANA consistit

1. In Libertate à peccato & morte.
2. A iugo ceremonialium & iudicialium.

3. A dominiō & reatu legis naturalis & moralis: Vide Bell. l. 4. c. 6. &c. Vbi & docet bonorum operum necessitatem ad salutem ex Scriptura, Traditione, Ratione.

#### QVÆSTIO LXXV.

An necessitas operum ad salutem euidenter euincatur?

LUTHERANI & CALVINIANI Conspirant in hoc: Sola Fides necessaria est ad salutem, vt ad quam Sola habeat relationem;

Opera vero relationem hanc non habent, proinde nec ad salutem necessaria sunt: Ad fidem vero sunt necessaria; cum fructus illius, vt sit vita ac vera: non vt opera sint quasi meritaria, cause, & conditiones. Et eam Fidei ac Operū fingit distinctionē, quod opera referant necessitatem Praesentia, non Efficientia.

AUTOR. Adultis, ratione vtentibus, bona opera ad salutem sunt, praeter Fidem, necessaria necessitate: Efficientia, non solius Praesentia. Baptizati infantes hinc decedentes censentur totam implesse legem, quod post iustificationem nō violarunt legem.

DOCETVR. 1. Scripturis Euangelicis & Apostolicis. Vide in Antitribus p. 4. q. 4. I.

2. Traditio, & omnium retro quā temporum, quā S. Patrum, & Doctorum consensus docet idem apud Bell. l. 4. de Iustif. c. 8.

3. RATIO vincit. 1. Quia Si opera sunt fidei, vt signa fructusque necessaria presenteri; lequeretur, fidem salutare licet omni opere destitutam bono, & coniunctam omni vicio ac flagitio. At hoc repugnat Scripturis, Traditioni, Rationi: patet supra: & Sectarij ita fatentur his adacti Scriptum: Rom. 2. Tribulatio & angustia in omnino animam operantis malum: Gloria autem bonor & pax omni operanti bonum. 1. Cor. 6. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis. &c. Quitalia agunt, regnum Dei non consequentur. Eph. 5. Omnis fornicator nō habet hereditatē in regno Christi & Dei.

2. RATIO. Quia opera, aiunt, non requiruntur in actu saluādi per se, sed per accidens: eo, quod opera nullam saluandi vim habeāt; neque Fidei saluandi soli, vim addunt aut demunt.

Ego

